

I. classis

Feria Quinta in Cena Domini




AD VESPERAS


Psalmi

Psalmus 115

2



a- li- cem * sa- lu- tá- ris accí- pi- am, et nomen Dó- mi- ni invo- cá- bo.



1. Cré- di- di, propter quod locú- tus sum: * e- go autem humi- li- á- tus *sum* **nimis**.

2. Ego dixi in excéssu **meo**: * Omnis homo **mendax**.

3. Quid retríbuam **Dómino**, * pro ómnibus, quæ retríbuit **mih**i?


4. Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

5. Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo **ejus**: * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum **ejus**:



6. O Dómine, quia ego servus **tuus**: * ego servus tuus, et fílius ancíllæ **tuæ**.

7. Dirupísti víncula mea: † tibi sacrificábo hóstiam **laudis**, * et nomen Dómini invocábo.

8. Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui, *Jerúsalem*.

2
C 
a- li-cem * sa-lu-tá- ris accí-pi- am, et nomen Dó-mi-ni invo-cá-bo.

Psalmus 119

8G
C 
um his qui o-dé-runt pa-cem, * e-ram pa-cí- fi-cus : dum loqué-bar il-

lis, impugnábunt me gra- tis.

1. Ad Dóminum cum tri-bu-lá-rer clamá-vi: * et *exaudí*-vit me.



2. Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a *lingua dolósa*.

3. Quid detur tibi, aut quid apponátur **tibi** * ad *linguam dolósam*?

4. Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus *desolatóriis*.

5. Heu mihi! quia incolátus meus prolongátus est: † habitávi cum habitántibus **Cedar**: *
multum íncola fuit *ánima mea*.

6. Cum his, qui odérunt pacem, eram **pacíficus**: * cum loquébar illis, *impugnábant me gratis*.


8G
C 
um his qui o-dé-runt pa-cem, * e-ram pa-cí- fi-cus : dum loqué-bar il-

lis, impugnábunt me gra- tis.

Psalmus 139

8G
A



b homí-ni-bus in-íquis * lí-be-ra me, Dómi-ne.



1. E-ri-pe me, Dómi-ne, ab hómi-ne **ma-lo**: * a vi-ro in-íquo *é-ri-pe* me.

2. Qui cogitavérunt iniquitátes in **corde**: * tota die constituébant **prælia**.

3. Acuérunt linguas suas sicut ser**péntis**: * venénium áspidum sub lábis **eórum**.

4. Custódi me, Dómine, de manu peccat**óris**: * et ab homínibus iníquis *éri-pe* me.

5. Qui cogitavérunt supplantáre gressus **meos**: * abscondérunt supérbi *láqueum mihi*:

6. Et funes extendérunt in **láqueum**: * juxta iter scándalum posuérunt **mihi**.

7. Dixi Dómino: Deus meus **es tu**: * exáudi, Dómine, vocem deprecationis **meæ**.

8. Dómine, Dómine, virtus salútis **meæ**: * obumbrásti super caput meum in *die belli*.

9. Ne tradas me, Dómine, a desidério meo peccat**óri**: † cogitavérunt **contra me**, * ne derelínquas me, ne forte *exalténtur*.

10. Caput circúitus **eórum**: * labor labi**órum** ipsórum *opériet eos*.

11. Cadent super eos carbónes, † in ignem dejícies **eos**: * in misériis *non subsístent*.

12. Vir linguósus non dirigétur in **terra**: * virum injústum mala cápient *in intéritu*.

13. Cognóvi quia fáciét Dóminus judícium **ínopis**: * et *vindictam páuperum*.

14. Verúmtamen justi confitebúntur nómini **tu**o: * et habitábunt recti cum *vultu tuo*.


8G
A




b homí-ni-bus in-íquis * lí-be-ra me, Dómi-ne.

7A



C



ustódi me * a láque- o quem sta- tu- é- runt mi- hi, et a scánda- lis o-



pe- ránti- um in- iquitá- tem.

1. Dó- mi- ne, clamá- vi ad **te**, exáudi me: * inténde vo- ci me- æ, cum clamá- ve- ro

ad te.

2. Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu **tuo**: * elevátio mánuum meárum sacrificium **vespertinum**.
3. Pone, Dómine, custódiam **ori meo**: * et óstium circumstántiæ **lábiis meis**.
4. Non declínes cor meum in **verba malítiæ**: * ad excusándas excusatiónes **in peccátis**.
5. Cum homínibus operántibus **iniquitátem**: * et non comunicábo cum **eléctis eórum**.
6. Corrípiet me justus in misericórdia, et **increpábit me**: * óleum autem peccatóris non impínguet **caput meum**.
7. Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum: * absórpti sunt juncti petræ **júdicis eórum**.
8. Audient verba mea quóniam **potuérunt**: * sicut crassitúdo terræ erúpta est **super terram**.
9. Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum: † quia ad te, Dómine, Dómine, **óculi mei**: * in te sperávi, non áuferas **ánimam meam**.
10. Custódi me a láqueo, quem statuérunt **mih**i: * et a scándalis operántium **iniquitátem**.
11. Cadent in retiáculo ejus **peccatóres**: * singuláriter sum ego **donec tránseam**.

7A

Custódi me * a láque-o quem sta-tu-é-runt mi-hi, et a scánda-lis o-
 pe-ránti-um in-iquitá-tem.

Psalmus 141

7A

Consi-de-rábam * ad dexte-ram, et vi-dé-bam, et non e- rat qui co-
 gnósce-ret me.

1. Vo- ce me- a ad Dóminum clamá-vi: * vo-ce me- a ad Dóminum depre-cá-tus
 sum:

2. Effúndo in conspéctu ejus oratiónem **meam**, * et tribulatiónem meam ante **ipsum** pronúntio.
3. In deficiéndo ex me **spíritum meum**: * et tu cognovísti **sémitas meas**.
4. In via hac, qua **ambulábam**, * abscondérunt **láqueum mihi**.
5. Considerábam ad dexteram, **et vidébam**: * et non erat qui **cognósceret** me.
6. Périit **fuga a me**: * et non est qui requírat **ánimam meam**.
7. Clamávi ad te, Dómine, † dixi: Tu **es spes mea**, * pórtio mea in **terra vivéntium**.
8. Inténde ad deprecatiónem **meam**: * quia humiliátus sum **nimis**.
9. Líbera me a **persequéntibus** me: * quia confortáti sunt **super** me.
10. Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum **nómini tuo**: * me expéctant justi, donec **retríbas mihi**.


7A



Consi-de-rábam * ad déxte-ram, et vi-dé-bam, et non e- rat qui co-
gnósce-ret me.

Magnificat

1F



Conoenán-ti-bus au- tem, * accé-pit Je sus panem, bene-dí-xit ac fre- git, de-
dit di-scípu-lis su- is.



1. Magní-fi-cat * á-nima *me- a* **Dó**minum.

2. Et exsultávit *spíritus meus* * in Deo salutári **meo**.

3. Quia respéxit humilitátem *ancillæ suæ*: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

4. Quia fecit mihi *magna qui potens* est: * et sanctum *nomen ejus*.

5. Et misericórdia ejus a progénie *in progénies* * timéntibus **eum**.

6. Fecit poténtiam in *bráchio suo*: * dispérsit supérbos mente *cordis sui*.


7. Depósuit poténtes *de sede*, * et exaltávit **húmiles**.

8. Esuriéntes *implévit bonis*: * et dívites dimísit *inánes*.

9. Suscépit Israëł *púerum suum*, * recordátus misericórdiæ **suæ**.

10. Sicut locútus est *ad patres nostros*, * Abraham et sémini *ejus in sæcula*.

1F



Coenán-ti-bus au- tem, * accé-pit Jesus panem, bene-dí-xit ac fre- git, de-
dit di-scípu-lis su- is.

Oratio



CHri-stus * factus est pro no- bis obé- di- ens us-que ad
mor- tem.

secreto

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie: et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris: et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

aliquantulum altius

Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum:

Et sub silentio concluditur

Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sácula sæculórum.

R. Amen